

fortiti sunt, subsidium hoc fatali articulo ar-
 dentiùs implorandum ipsis est. Verè enim P.
 Nicolaus Gaudanus, (ut de eo Orlandinus
 sachinusque) magnâ & spectabili virtute vir,
 ad consideratam tremendi Judicis sententiâ
 sub morte tremens coram P. Costero, & alijs,
 qui aderant solatia suggerentibus in hæc
 verba erupit: *Trajectus quidem nobis restat*
terribilis: sed vos, ô Apostoli Domini; Vos, ô
Martyrum agmina, vos Confessorum, ac Virgi-
num candidatarum turma, poteritis vestris preci-
bis imbecillam animam, ex mari tam turbulen-
to, in cœlestem portum transvehere: poteritis su-
ne Dei clementiâ. Mox mysteriorum ma-
 nimentis exhilaratus, blandâ morte, ac velu-
 ti subridens, in vitam immortalẽ solatus est
 Lovanij.

IV. Inter illos autem non immeritò cum
 primis ponitur, cujus in baptismo nomen æ-
 gro impositum est. Hunc enim veluti Tuto-
 rem, & Protectorem à primo vitæ, acceptæ-
 que gratiæ primordio, ad ultimum usque il-
 lius momentum, curam ejus suscepisse singu-
 larem, Dei nutu credendum omnino est. Co-
 gnominem suum Joannem Baptistam P. Jo-
 annes Belmelius S. I. in vita deveneratus, in
 morte cum Patrona item Virgine præsentem
 habuit. *Eamus, inquit, eamus, interrogatus, &*
quo Pater? Sanctum, inquit, Joannem Bap-
stam, & Virginem Beatissimam video, idque in-